ENGELBERTUS ADMONTENSIS

Klosterneuburg, 1384 Seite 50v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=237
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et manu ductionem in prosperis. Ps. Deduxit eos
in nube diei et tota nocte in illuminatione ignis.
Et assecuratio contra dubium et timorem fit per spiri-
tualem consolationem et confirmationem. Ps. Deduxit eos
in spe et non timuerunt. Iste ergo est modus de-
ductionis in semita ad patriam quem petivit dicens
Deduc me in semita mandatorum tuorum etc.

Inclina cor meum in testimonia tua

Post petitam deductionem in semita mandatorum
Nunc sic alter petit et optat remotionem impe-
dimentorum que sunt tria. i. affectus cupiditatis quem
petit a se auferri. i. et non in avaritiam. ii. gau-
dium vanitatis quod petit averti cum subdit. A-
verte oculos meos ne videant vanitatem.
iii. impulsio timoris quem petit rectificari
cum subdit. Statue sermonem tuum eloquium tuum in
timore tuo etc. Primo petit se a timore
servili liberari. i. Auferri opprobrium quod suspicatur
sum etc. Secundo in timore filiali confirmari. i. ecce
concupivi etc. Dicit ergo Inclina cor meum etc.
quod dicitur Inclina per humilitatis gratiam quia de se e-
rectum est per carnis et mentis superbiam. Sed
triplex est inclinatio. primo secundum exaudicionis
qua inclinatur a precibus aversus. Ps. Inclina
domine aurem tuam et exaudi me. Et est inclinatio
dignationis qua inclinatur ad terrena celestis
ad ima summus. Ps. Inclinavit celos et
descendit. Et est inclinatio exinanitionis qua
inclinatur quod est evacuandum. Ps. Inclina-
vit ex hiis mihi etc. i. deveteri testamento in novum.
Et est inclinatio deiectionis qua inclinatur dap-
nandus ad casum. Ps. Inclinabit se et cadet
cum dominatus fuerit pauperum. Et est inclinatio
directionis qua inclinatur distortus ad rectum
ut hic. Inclina cor meum in testimonia tua
etc. Unde nota quod fuit distortus vel timebat

Inclinatio

Testimonia dei

distortionem ad indirectum contrarie intentionis
proposito et electioni et intentioni semite mandatorum
dei quia arta et ardua mandatorum sicut predictum
est proponunt paupertatem voluntariam cuius contrarium
persuadet avaricia. Unde recte petit secundum predicta
inclinari cor suum in testimonium dei persuadentia
paupertatem voluntariam et non in avaritiam. Item
testimonia dei persuadent castitatem et abstinen-
tiam cuius contrarium persuadet mundi vanitas et
carnis luxuria. Unde bene petit. Averte oculos
meos ne videant vanitatem. Item testimonia
dei persuadent humilitatem et obedientiam. Timor
autem humanus et mundanus et vanus persuadet
voluntatem liberam. timens enim imponi pro obe-
dientiam quod contristet concupiscentiam. Unde contra
hoc proprie petit. Statue sermonem tuum etc. Passus
ergo est vel timet se passurum distortionem ab inten-
tione mandatorum et testimoniorum domini.
Primo per depravationem intellectus ex cupiditate
temporalium quod est de opere et affectu avaricie. Unde
dicit et non in avaritiam. Avarus enim gaudet
in sola ymaginatione possessionis pecunie
non in aliqua reali fruitione. sicut dicitur in ps.
In ymagine pertransit homo. scilicet non in ipsa re vel
rei fruitione et sic frustra conturbatur the-
saurizando. Hec autem decepcio in sola yma-
ginatione pecunie est passio vel depravatio
intellectus. Unde dicitur quod pecunia non est honorabilis
nisi apud eos qui non intelligunt vel cupiunt
meliora. Maiores enim et nobiliores delecta-
tiones impediunt minores et viliores.
ii. per corruptionem affectus ex vanitate secularium
quod est de opere et affectu in anima glorie. Unde dicit. Aver-
te oculos meos ne videant vanitatem
etc. iii. per repressionem conatus ex timore con-
trariorum quod est de opere et effectu pusillanimi

Inclina cor meum in testimonia tua